

www.e-rara.ch

Philosophus irresolutus, sive, Quaestiones universae philosophiae principales

Walser, Iso

[Sankt Gallen], anno 1748

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRM 248

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-28721>

Quaestio IV. An, & quomodo logica sit necessaria ad alias scientias.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



ritur, ut ordinetur ad confectionem operis *ultimatò*, & ut opus illud non *per se* ordinetur ad speculationem, cum ergò opus Logicum *per se* ordinetur ad cognitionem veri, Logica non erit practica. Ex his

Fundamentum præcipuum sent 2. est: quòd praxis debeat esse actus alterius potentia, quàm intellectus; & quòd Logica ex natura sua ordinetur ad fugandam ignorantiam, & errores intellectus.

Fundam. Sent. 2. Praxin esse actum cujuscunque potentia regulabilem per regulas, & contingenter accipientem existentiam ab artifice.

Fundam. Sent. 3. Actus Logicae ordinantur ad cognitionem veri; ergò sunt speculativi: sunt actus regulati per regulas; ergò practici.

QUÆSTIO IV.

An, & quomodò Logica sit necessaria ad alias scientias.

SENTENTIA I. Logica artificialis est *metaphysicè* necessaria ad alias scientias in statu perfecto, ita ut nec super-

pernaturaliter sine Logica acquiri possunt. Ita Thomistæ quidam, inter quos P. Reischl *hic d. 1. q. 3. §. 1.* & Illustriss. D. Reichlin *Philos. enucl. log. proleg. q. 12.*

FUNDAMENTA.

1. Ad perfectam scientiam requiritur cognitio non solum *consequentis*, sed etiam bonitatis *consequentia*: atqui sine Logica artificiali ne quidem divinitus potest cognosci bonitas *consequentia*; ergo Logica est metaphysicè necessaria. *pr. min.* ille cognoscit bonitatem *consequentia*, qui cognoscit illationem esse conformem regulis: sed implicat, etiam divinitus, cognosci illationem esse regulis conformem, nisi cognoscantur ipsæ regulæ, ut patet; quæ regulæ sunt ipsa Logica; ergo sine hac non potest cognosci bonitas *consequentia*.

2. Perfectè sciens debet *scire se scire*; atqui sine Logica artificiali non potest scire se scire; quia non potest scientificè demonstrare conclusionem esse legitimam; ergo, &c.

3. Licet

3. Licet ad scientiam *imperfectam*, & *perturbabilem* sufficiat bona illatio in actu exercito, nec requiratur *reflexa* cognitio bonitatis consequentiæ, quæ quis se reflectat super regulas Logicæ; non tamen sufficit ad scientiam *perfectam*, & *imperturbabilem*, quia nisi sciatur demonstrativè conclusionem, & illationem esse legitimam, semper intellectus obnoxius est timori, illationem fortè non esse legitimam. Idcirco Logica primò per demonstrationem naturalem acquisita non est scientia *perfecta*, & *imperturbabilis*, donec perficiatur per Logicam artificialem.

RESPONSA Aa.

Ad 1. *neg. m.* quia solo lumine naturali, maximè ab ingenio perspicaci potest cognosci propositionem particularem includi in universali, & consequenter conclusionem in præmissis. *Ad prob. d. maj.* qui solum cognoscit esse conformem regulis *formaliter artificialibus* *neg.* qui etiam cognoscit esse conformem regulis *virtualiter artificialibus* h. e. principiis naturalibus con, maj. d. m. n. c.

Ad 2.

Ad 2. 1. d. maj. Debet scire in actu signato &c. neg. in actu exercito con. 2. d. rat. addit. non potest demonstrare demonstratione artificiali con. naturali neg.

Ad 3. neg. a. nimirum quod destitutus Logicâ artificiali obnoxius sit formidini ; hanc enim excludit lumen naturale , quo cognoscit conclusionem contineri , & sequi ex principijs naturalibus.

SENTENTIA II. Logica artificialis est ad alias scientias tam in statu imperfecto quàm perfecto acquirendas physicè, & simpliciter necessaria. Ita Card. de Aguirre d. 2. Babenstuber hic d. 3. a. 3. Vischl d. 1. q. 4. a. 1. & 2. Sotus, de Lerma. Et quoad 2. partem consentiunt Complut. q. 10. a. 2. Goudin a. 5. Joannes à S. Thoma. Wenzl. & Th. Th. communiter.

FUNDAMENTA.

1. Scientia in statu perfecto tunc possidetur, quando quis omnes actus scientificos etiam difficiles potest resolvere in principia tum materialia consequentis, tum formalia consequentiæ,
ita

ita ut expeditè possit dare rationem formalem illationis; scientiam verò in statu imperfecto possidet, qui solùm aliquos actus scientificos, & faciliores potest resolvere in sua principia: neutrum fieri potest naturaliter sine Logica artificiali; ergò est physicè necessaria. *pr. mi.* effectus formalis non potest dari sine causa formali, v. g. album sine albedine, sed resolvere quoscunque actus scientificos in principia formalia *consequentia* est effectus formalis Logicæ artificialis, quæ id docet, ergò.

2. Ad perfectam scientiam in quacunque materia requiritur, ut cognoscatur bonitas *consequentia*, & quidem infallibiliter, & *sine ulla formidine*: atqui bonitas *consequentia* infallibiliter, & *sine formidine* non potest cognosci sine Logica artificiali; ergò. *min. pr.* cognoscere bonitatem *consequentia* est cognoscere *formam* esse legitimam, & regulis conformem: sed implicat cognoscere *formam* esse regulis conformem, & non cognoscere regulas; ergò &c. atqui regulæ istæ sunt Logica artificialis; ergò. &c.

3. ut

3. Ut quis *sciat se scire* debet posse *Demonstrare* suam conclusionem esse legitimam tam ex parte *materiae*, quàm *formae*: sed hæc demonstratio non potest fieri sine Logica; ergò. *min. prob.* quia sine Logica nemo *imperturbabiliter* scit suam formam demonstrativam esse legitimam, & infallibilem; ergò.

4. Logica est instrumentum aliarum scientiarum; ergò sine ea acquiri non possunt.

5. Demonstratio est opus essentialiter artificiale; ergò sine Logica artificiali fieri non potest.

RESPONSA Aa.

Ad 1. *neg. min. Tum.* quia solo lumine naturali potest homo aliquid probare ex primis principiis evidentibus, & indemonstrabilibus, maxime si accedat perspicacia ingenij, experientia, & multa lectio. *Tum* quia solo lumine naturali potest cognosci, quòd propositio particularis continetur in universali, & consequenter quòd illatio sit legitima. *ad prob. d. min.* est effectus formalis Logicæ artificialis solum *formaliter*, & *actualiter*

talis, neg. Logicæ artificialis etiam *radicaliter*, & *habitualiter* talis. con. Logica *radicaliter* artificialis est lumen naturæ, in quo fundatur Logica *formalis*; consequenter illa resolutio fieri potest etiam solo lumine naturæ; maximè cùm S. Thomas dicat : *effectus artis aliquando fit à natura sine arte.*

Ad 2. d. maj. ut cognoscatur bonitas consequentiæ *in actu signato* reflectendo ad regulas Logicæ. neg. *in actu exercito* per naturale scilicet lumen rationis penetrando præmissas ; & connexionem extremorum cum medio. c. maj. d. min. n. c. quòd autem non requiratur cognitio reflexa ad perfectam scientiam, *Ratio* est; quia aliàs daretur processus in infinitum; quia de illa ipsa cognitione reflexa iterùm necessaria erit alia cognitio reflexa, h. e. debebo per aliam reflectionem cognoscere meam cognitionem reflexam esse demonstrativam &c. & sic ulteriùs.

Ad prob. d. ma. esse conformem regulis *formaliter* artificialibus, neg. regulis *radicaliter* artificialibus, & solo naturæ lumine cognoscibilibus c.

ma. d. m. n. c. si autem hæc principia naturalia velis vocare Logicam artificialem, erit lis de nomine, non re.

Ad 3. 1. *d. ma.* ut sciat in actu exercito, se scire neg. ut sciat in actu signato con. 2. *n. min.* quia solo lumine naturæ evidenter possumus cognoscere ex particulari non inferri universale, in propositione universali contineri particularem; &c. ergò etiam ex his principijs evidentibus possum probare conclusionem esse legitimam.

Ad 4. *d. a.* est instrumentum inadæquatum; & *partiale* con. *adaquatum*, & *totale* neg. altera enim pars instrumenti totalis est intellectus illustratus lumine naturali: & sic deficiente una parte effectus fieri potest ab altera.

Ad 5. *neg. a.* quia demonstratio est indifferens, ut sit *artificialis*, si fiat ab arte; & *naturalis*, si fiat à sola natura.

SENTENTIA III. Logica artificialis ad alias scientias in statu seu perfecto, seu imperfecto non *physicè*, sed *moraliter* solum est necessaria. Ita R. R. plures. Oviedo *contr. 2. punct. 6*

Du Hamel *hic q. 4.* Arriaga *d. 3. log. s. 4.* Semery *d. 1. q. 1.* Buhon *hic q. 2. c. 3.* Mayr *p. 1. d. 1. q. 1.* a 9. Amort *hic q. 10.* Mlodzianowski *tr. 2. d. 2. q. 5.* Comptonus, Mastrius, & alij.

FUNDAMENTA.

1. Sine logica artificiali potest naturaliter confici demonstratio solo lumine intellectûs, licet difficulter; ergò sine Logica artificiali possunt aliæ scientiæ acquiri etiam in statu perfecto. *a. pr.* Logica artificialis fundatur in naturali; imò non videtur substantialiter differre à naturali; cum sit nihil aliud, quàm principia naturalia in certam formam, & regulas distincta; ergò si per artificialem, etiam per naturalem potest fieri Demonstratio.

2. Bonitas Demonstrationis potest à perspicaci ingenio satis examinari per Logicam naturalem, & lumen intellectûs; ergò.

3. Habitus naturales dantur solum *ad facilius posse*, non *ad posse simpliciter*. ergò scientiæ quæ per habitum Logicæ

gica artificialis *faciliùs* acquiruntur ,
 sine eo poterunt *simpliciter* acquiri; er-
 gò non est simpliciter necessaria Lo-
 gica-

4. Per Logicam naturalem potest
 confici Demonstratio in materia fa-
 cillima; ergò etiam in difficili, si in-
 tellectus continuo exercitio acuatur.

5. Si Logica est necessaria physicè
 ad omnes scientias aut erit necessaria
 ad seipsam, sibi ipsi instrumentum ,
 & magistra, aut non erit scientia,

6. Potest dari intellectus tam per-
 spicax, ut sine regulis Logicæ cog-
 noscat *connexionem consequentis cum ante-*
cedente; ergò habebit perfectam scien-
 tiam.

7. Est tamen Logica *moraliter* ne-
 cessaria, quia aliæ scientiæ non nisi
 summa cum Difficultate, & rarò si-
 ne Logica acquiri possunt. ergò. *a. pr.*
 quia in alijs scientijs sunt objecta ma-
 ximè varia, obscura, multis sophis-
 matibus obnoxia, quæ difficultates
 sin Logica rarò vincuntur.

8. Quia difficillimum est in quavis
 materia imperturbabiliter sine Logi-
 ca *judicare de bonitate consequentia*, quod

tamen requiritur ad perfectam scientiam ; ergò.

RESPONSA A a.

Ad 1. 1. *neg. a.* quia Demonstratio, cùm sit opus essentialiter artificiale , dicit essentialem respectum ad regulas artis Logicæ. 2. *d. a.* demonstratio *formalis* , & *scientifica* , quæ involvit iudicium evidens *de bonitate consequentiæ neg. materialis* , & *non perfectè scientifica* sine iudicio consequentiam esse bonam. con. a. n. c. 3. *d. a.* Demonstratio infallibilis *ex parte materiæ* con. *ex parte formæ* syllogisticæ neg. eadem est *resp. ad prob.*

Ad 2. *D. a.* potest examinari *quoad materiam* con. *quoad formam* subd. *imperturbabiliter neg. cum formidine* , & *periculo erroris* con.

Ad 3. *D. a.* Dantur solùm *ad faciliùs posse* h. e. *facilitant ad actus quoad substantiam* , & *entitatem vitalem* spectatos con. *ad actus quoad modum artificiosum* spectatos neg. quia *modus artificiosus* alicujus assensûs , quòd scilicet fiat cum iudicio reflexo de bonitate consequentiæ , & *imperturbabili-*

liter, essentialiter dependet à principio artificiali, scilicet à Logica.

Ad 4. *D. a. Materialiter evidens con. formaliter evidens neg. deinde dici potest per juge exercitium Logicæ naturalis demùm acquiri Logicam artificialem formaliter.*

Ad 5. *D. a. 1. erit necessaria ad seipsam inadquatè, seu necessitate partis ad partem con. adquatè seu necessitate totius ad totum neg. 2. Logica virtualis, ut contenta in suis principijs, erit necessaria ad Logicam formalem con. Logica formalis, & actualiter existens ad Logicam artificialem formalem neg. Ad primam ergò formalem demonstrationem necessaria simpliciter est Logica artificialis prout virtualiter continetur in suis principijs; ad alias verò ut formaliter existens in seipsa. 3. neg. parit. quia Logica tradit modum sciendi, adeoque est scientia ut quò; & sic non indiget alio, per quod fiat scientia; sicut albedo non indiget alia albedine, ut alba fiat; aliæ autem scientiæ non docent modum sciendi. Ad acquirendam ergò Logicam sufficit lumen naturale intellectûs, quò Disci-*

pulus cognoscit veritatem præmissarum, ex quibus deducit conclusiones v. g. de syllogismo ejusque regulis, & quo *per reflexionem* cognoscit, an actualis Demonstratio, qua actu tradit regulas Demonstrationis, sit conformis ipsis regulis, vel non.

Ad 6. *D. a. connexionem materialem con. formalem* ita ut cognoscat bonitatem consequentiæ juxta regulas Logicæ. neg.

Ad 7. *D. a. ab ingenio hebetiori con. perspicaciori* neg. ergò est necessaria *moraliter strictè* neg. *moraliter latè* con.

Ad 8. *D. a. accedente perspicacia ingenij, & diligenti studio in materijs aliarum scientiarum.* neg. *secus.* con.

Fundam. præcip. Sent. 1. Implicat, ut quis sine Logica *sciat se scire*; quia implicat, ut quis *sciat illationem esse regulis conformem*, nisi *sciat ipsas regulas*, ergò.

Fundam Sent. 2. sine Logica nequit cognosci *infallibiliter*, & *sine formidine* bonitas consequentiæ; quod tamen requiritur ad perfectam scientiam,

Fundam. Sent. 3. Connexio consequentis cum antecedente potest sine Logica cognosci, quia lumen naturale



rale dictat, propositionem *particularem*, qualis est conclusio, contineri in *Universali*.

QUÆSTIO V.

*An detur Ens rationis merè
Objectivum.*

SENTENTIA I. Non datur Ens rationis merè *Objectivum*. Ita contra Th Th. & communem sententiam Vallesius *q. 10. philos.* Mirandulanus in *expos. prædic.* majronius *quæst. 7. quodlib.* Caramuel *metalog. lib. 2. toto.* Morasch *meta. sect. I. c. 2.* Gervasius *log. tract. proleg. q. 3. a. 5.* Wolfgangus Schmid in *Theſibus. instit. 3. s. 1. & 2.* ex Stephano Spinula *d. 4. s. 2. a. 3.* P. Morawski in *princip. tot. Philo. d. 1. q. 2. s. 1.* citat P. Arrubal *t. 1. ad quæst. 4. d. 3. 4. c. 4.* P. Erize *1. p. d. 8. c. 1.* Eminent. Sfortia *lib. 5. de incarn. c. 1.* P. Anton. Perez, *Theologum mirabilem dictum, de scient. Dei d. 5. c. 3.* P. Martin. Esparza *q. 16. de Deo.* Item alij à Petro de comitibus citati *l. 3. de ent, rat. 2. d. a. 1.* quos secutus est